1896

gerit ex tunc idem Maritus. Bona suprascripta generali-
ter omnia morte praedictae Consortis suae derelinquenda
cum omni Iure Dominio et proprietate tenebit, habebit,
et possidebit illisque quiete et pacifice ad extrema
duntaxat vitae suae tempora utifruetur. Post mortem
vero et de hac luce decessum eiusdem Mariti sui exnunc
Bona suprascripta morte eiusdem Consortis derelin-
quenda ad Successores suos, sine quovis impedimento
et contradictione, Successorum Mariti sui totaliter et ple-
narie devolventur. His suis muniis personalibus Recogni-
tionibus ad praemissa mediantibus.

Kulczycki Consorti Reformat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Ca-
strensibus Capitanealibus Praemysliensibus Nobilis Hyacin-
thus Kulczycki Kolotczak, Nobilis olim Matthiae Kulczycki
Kolotczak, cum Nobili olim Helena Rajska Consorte eius Legi-
tima procreatus filius sanus mente et corpore existens, a
Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis
propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi
Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quo ad Actum hunc
attinet, se, cum Successoribus, ac Bonis suis generaliter omnibus
totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo, palam
libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse Nobili
Sus Kropiwnicka, Nobilis Strehovy Kropiwnicki Bytczak,
cum Nobili Marina Kulczycka Consorte eius Legitima pro-
creata filia, sui vero Recognoscentis Consorti Legitimae eiusque
Posteris Summam Ducentorum Florenorum Polonicalium
ratione verae dotis et expeditionis post ipsam acceptae, et in
ratione verae dotis et expeditionis post ipsam acceptae, et in
Bona sua importatae, nec non aliam similem Summam Du-
centorum Florenorum Polonicalium, ratione certi, veri, iusti, et
legitimi dotalitii in et super tota et integra medietate Bono-

rum suorum generaliter omnium hereditariorum et obligatorio-
rum, mobilium et immobilium, summarumque quarumvis pecuni-
ariarum, nec non auri, argenti, clenodiorum, unionum, mar-
garetarum, vestium, vestimentorum, stanni, aeris, cupri, ori-
chalci, pecorum pecudum, equorum equitiel ac totius su-
pellectilis domesticae nunc habitae et in post habendae, dedit
dotavit, dotalitavit, inscripsit et reformavit, prout dat
dotat, dotalitat, inscribit et reformat praesentibus,
per ipsam Nobilem Evam Kropiwnicka sui Recognoscen-
tis Consortem legitimam, et ipsius Posteros, eandem medie-
tatem Bonorum suorum generaliter omnium cum universis
ipsius utilitatibus et usufructibus competentiaque et praero-
gativa quavis tenendi, habendi, et possidendi, illisque
quiete et pacifice utifruendi, ac ad usus suos et suorum
Successorum quovis beneplacita libere et effectualiter
convertendi, vigore ac more aliarum Reformationum hacte-
nus et diutius in Regno Poloniae observari solitarum.

Kulczycka Kropiwnickie^u obligat.

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Ca- 760
strensibus Capitanealibus Premysliensibus, Nobilis Nastasia
Kulczyczka Nobilis olim Nicolai Kulczycki Seniutkow Consors
legitima, derelicta vidua sana mente et corpore existens, a
Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis qui-
buscunque propriis et competentibus recedendo, praesenti vero
Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni, quo ad Actum
hunc attinet, se cum Successoribus, ac Bonis suis generaliter
omnibus, totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo,
palam, libere, publice, ac per expressum Recognovit, Quia ipsa
Bona Iuribus suis subiecta, videlicet certam sortem agri
pod Zdenizem incipiendo od Łanu, usque do granice